KLEINERE MITTHEILUNGEN.

Der erste Bischof der canarischen Inseln.

von

P. Conrad Eubel, Ord. Min. Conv.

Die canarischen Inseln waren wohl schon den Alten unter dem Namen « Insulae Fortunatae » bekannt, kamen aber mit der Zeit ganz in Vergessenheit, bis sie gegen Ende des XIII. Jahrh. und bezw. i. J. 1341 von Genuesen wieder entdeckt wurden. Im Jahre 1344 machte Luis de la Cerda, Graf von Clermont, welcher dem castilischen Königshause durch Blutsverwandtschaft, dem französischen aber durch Schwägerschaft nahe stand, dem Papste Clemens VI zu Avignon, wohin er als Gesandter des Königs von Frankreich gekommen war, den Vorschlag, diese Inseln [1]) zum Zwecke der Christianisirung zu erobern, unter der Bedingung, dass ihm die weltliche Herrschaft über dieselben zugestanden würde. Der Papst ging auf diesen Plan ein und krönte Luis de la Cerda oder Ludovicus de Hispania, wie er ihn nannte, sofort zum Fürsten von Fortunia. Die Sache kam aber nicht zur Ausführung, weil der Held dieses Projekts bereits 1346 in der für die Franzosen so unglücklichen Schlacht bei Crecy fiel.

---

[1]) Der damalige Name dieser Inseln, wozu noch die im Mittelmeere gelegene Insel Galeta kommen sollte, war : Canaria, Ningaria, Pluviaria, Capraria, Junonia, Embronea, Athlantia, Hesperidum, Cernent, Gorgones, während jetzt die 7 bewohnten Gran Canaria, Teneriffa, Palma, Gomera, Fuertaventura und Ferto heissen.

Wenn es aber damals noch nicht zur gewaltsamen Besitznahme der canarischen Inseln kam, diese vielmehr erst im Laufe des XV. Jahrh.'s allmählich erfolgte, so wurden unterdessen wenigstens Versuche zur Bekehrung der noch heidnischen Einwohner gemacht. Wie grosse Hoffnungen man auf einen glücklichen Erfolg dieser Bestrebungen setzte, beweist die Ernennung eines eigenen Bischofs für diese Inseln, welche am 7. Nov. 1351 in der Person des Carmeliten Bernardus erfolgte. Die betreffende (in Reg. Vat. t. 206 als ep. 31 der provis. prelat. enthaltene) Bulle ist offenbar noch nicht bekannt, weil in den bezüglichen Werken nur im Allgemeinen von einem c. 1353 für die canar. Inseln konsekrirten Bischof fr. Bernardus die Rede ist. Sie soll desshalb hier veröffentlicht, vorher aber noch die Bemerkung gemacht werden, dass dort nicht nur die bischöfliche Succession, sondern die Christianisirung überhaupt eine Unterbrechung erlitt bis zur Errichtung des Bistums Rubicon auf der Insel Lanzerote i. J. 1404, wenn auch unterdessen (i. J. 1369) Papst Urban V auf Bitten zweier Bürger (wohl Kauffahrer) von Barcellona gestattete, dass 20 Ordens- und Weltpriester zur Bekehrung der immer noch heidnischen Bewohner der canarischen Inseln dorthin gingen und sich in der That namentlich Dominikaner hiezu bereit fanden [1]).

(Clemens papa VI) Venerabili fratri Bernardo episcopo in Insulis fortunatis salutem etc. Celestis rex regum et do-

---

[1]) *Raynaldi* ann. eccl. ad a. 1344 nr. 39-50 et ad a. 1369 nr. 14; *Gams*, Series epp. p. 474, unter Berufung auf *Viera y Clavijo*, Noticias de la historia general de las islas de Canaria (Madrid 1772-1784); *Touron*, Storia degli uomini illustri di san Domingo II, 217; *Henrion*, Hist. miss. cath. t. I cap. XXII; *Marcellino da Civezza*, Storia univ. delle miss. francesc. V, 423-429; O. *Peschel*, Gesch. des Zeitalters der Entdeck. p. 38, wobei ihm als Quelle *Zuniga* (Anales de Sevilla II) 114 diente.

minus, cuius terra et plenitudo eius, orbis terrarum et universi, qui in ipso habitant, esse noscuntur, ut sanctam matrem ecclesiam sponsam suam in perfectione vere fidei stabiliret, per universum mundum apostolos suos, qui omni creature suum predicarent evangelium, destinavit, ut predicando lucem veritatis ostenderent, et eis salutis ianuam aperirent; exemplo eius nos, qui licet immeriti vices eius in terris gerimus, cura vigili atque solicita oves errantes ad dominicum ovile adducere nitimur et deviantes quoslibet ad fidelium consortia revocare. Sane iam diu fama publica et etiam multorum fidedigna relatio ad apostolatus nostri auditum perduxerunt, quod infra maris terminos inter occidentem et meridiem sunt nonnulle insule non magno freti spatio inter se distantes, que fortunate vulgariter nuncupantur, bonorum quidem copia fertiles et referte populis, nondum tamen vere fidei salutifera doctrina imbutis, quorum conversio, prout devota suppònit credulitas, processu temporis subsequetur, si aliqua persona moribus et vita laudabilis, in lege domini erudita, in eisdem insulis preficiatur in episcopum, maxime cum nonnulli fideles competenti numero eiusdem fidei fervore succensi et certi alii commorantes in insula Maioricen. de dictis aliis insulis oriundi, qui regenerati unda baptismatis ac eorum propria et in Cathalanica lingua instructi (existunt), ad dictas infidelium insulas una tecum.... parati sunt (se conferre et) pro huiusmodi negotio fideliter laborare. Nos igitur plenis desideriis cupientes dare operam efficacem, ut ex hoc tanti boni commodum feliciter valeat provenire, considerantes quoque fore necessarium et salubre ad hoc haberi personam ydoneam et instructam, demum post deliberationem, quam super hoc inter nos ipsos et cum fratribus nostris habuimus diligentem, ad te ordinis fratrum beate Marie de Montecarmeli professorem, in sacerdotio constitutum, ac in sacra pagina instructum, moribus et vita laudabilem, ac in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, et in aliis multiplicibus virtutum meritis, prout testimoniis fidedignorum accepimus, insignitum, oculos dereximus nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de ipsorum fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis te in dictis Insulis fortunatis in episcopum preficimus et pastorem, ac per venerabilem fratrem nostrum Bertrandum Episcopum Ostien. apud sedem apostolicam tibi

fecimus munus consecrationis impendi, in virtute domini, a qua universorum carismatum dona proveniunt, confidentes, quod gratia tibi divina suffragante, cuius negotium precipue agitur in hac parte, in conversione populorum in dictis Insulis fortunatis degentium indefessis studiis laborabis, ac ministerio predicationis verbi dei de ipsorum cordibus ignorantie terges caliginem, ut Jesu Christi gloriam videant atque colant, lactabis neophitos lacte fidei, et processu temporis adultos in ea ipsius fidei pane solido saturabis, acquires eis salutis premium et tibi locum in gloria supernorum. Solicitudinem ergo pastoralis officii tibi a deo traditam humiliter et devote supportans ad dictas Insulas cum gratia nostre benedictionis accedas et, cum in conversione degentium inibi populorum eorundem proficere deo adiuvante inceperis, in una dictarum Insularum in loco videlicet, quem ad hoc magis aptum cognoveris, auctoritate apostolica, quam tibi committimus in hac parte, ecclesiam fundes et eam in Cathedralem erigas, ac locum, in quo ipsam erexeris, insignias vocabulo Civitatis, cuius vocabulo te et successores tuos episcopos, qui ibidem erunt pro tempore, perpetuo volumus nominari, et circa aliarum ecclesiarum parrochialium cimiteriorum(que) ordinationem et alia, que super hiis expedire videris, prudenter et fideliter tui officii debitum exequaris. Sic igitur in premissis exibeas te sine intermissione pervigilem, ut gregem ipsum illuc divina preveniente misericordia introducas, ubi sol iusticie nescit occasum, tuque ibidem inter beatorum agmina colloceris felicitatis eterne solatio potiturus, et nihilominus dum presentis vite superstes ex ceteris nostram et apostolice sedis benedictionis gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione VII Idus Novembris anno decimo.